



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Rebus Gestis Beati Aloysii Gonzagæ E Societate Iesv**

**Marchetti, Annibale**

**Florentiæ, 1687**

Sereniss. Principi Io. Gastonio Ab Hetruria Annibal Marchettvs Salvtem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43962**

SERENISS. PRINCIPI  
IO. GASTONIO

AB HETRURIA  
ANNIBAL MARCHETTUS

SALVTEM.



Loylij Gonzagæ vitam,  
Serenissime Princeps,  
nuper a me conscriptâ  
si dono tibi dare volue-  
rim, planè crediderim  
auferre. Donari enim tibi quod tuū  
optimo iure sit, sine prævio furto,  
posse non censeo. Stylus quidem  
meus est, sed propterea tuus, cuius  
imperio me, ac mea omnia non cœca  
fors, sed provida Natura subiecit.

✠ 3

Con-

Polit. cap.  
1. & 3.

Constat enim, Philosopho in politi-  
cis teste, cordatos omnes, ac pru-  
dentes Viros rudium ceterorum  
(quorum in numero maximus sim,  
nisi me esse intelligam) natura Do-  
minos esse: quem utique dominatum  
mea iamdudum voluntas, naturæ  
præiudicium sequuta, suo quoque  
suffragio comprobavit. Res, quas  
persequor, Aloysij sunt, qui in tua  
Domo, ac Familia educatus tibi red-  
dere gestit quidquid ipse de tuo est.  
Heres igitur accipe absolutissimum  
Christianæ integritatis exemplar tuo-  
rum opera elaboratum, mea unius  
tuæ Familiæ restitutum. Habes in eo  
quem certum ad gloriam non peritu-  
ram Ducem sequaris, quemque sequi  
gloriosius tibi futurum sit, quam  
tuis Maioribus fuerit præcessisse. Il-  
li enim ad gloriam iam demortuam  
præ-

præcessere, tu sequèris, quin & sequè-  
ris ad immortalem . Etenim haud  
me fallit, quousque hætenus e For-  
tunæ complexibus elapsus ad virtu-  
tem evaseris: quo te loco ceteri suspi-  
ciant: quàm proximus Aloysium spe-  
ctes. Verùm laudes tuas, quas hic  
adscribere destinaveram, ut iudicium  
meum in te patrono deligendo pro-  
barem, tuus mihi pudor, laudum  
ceterarum princeps & custos, abrum-  
pit. Mandasti enim mihi tuæ digni-  
tatis, & mei officij memor, ut a te  
laudando abstinerem: libens obtem-  
pero, tuas laudes faciendi, quàm di-  
cendi cupidior: siquidem id unū hoc  
scribendi genus propositum habet,  
ut Maiorum laudes posteris lecturis  
adhæreant. Si quis tamen tuę virtutis  
decora hac in epistola desideret, hoc  
ipsum imperium, quo mihi silentium

indixisti, tamquam clavem exposi-  
tam indico: id enim tua omnia orna-  
menta, clavis instar, & continet, &  
recludit: Imò, quod mirum est,  
continendo recludit. Sileo igitur,  
atque illud unum, mea, tuaq: emo-  
lumenta sequutus, tibi persuasum  
maximè velim, ut si quando inter tua  
studia Aloysij Vitam admiseris, eam  
non oculis tantùm, verùm etiam &  
gressibus, vestigia eius legendo, per-  
curras. Spes enim haud dubia mihi  
est, hanc eandem Vitam per me tibi  
descriptam, si non modo legeris, ve-  
rùm ( pro ut viro Principi licuerit )  
elegeris, vixerisque, non secus tibi  
cordi, ac voluptati futuram, quàm  
tuam, nec secus tuam Aloysio cu-  
ræ, ac sollicitudini futuram, quàm  
suam. Vale.

AD